


liberissenserat uastantem. Non minor de epheſiis: ſed clara luce; ut oſtendat
aptam uim aduersarii fortioris; Oui inquit ſupcuntates aut dubium quin
iuda & populi peccatoris repente terrorem. ut quanto fuit ſublimi malum.
tanto difficilius esset effugium; Infirmata est siue abiecit aut uacua facta est.
quæ peperit septem siue plurimos defecit anima eius. occidit ei sol cum adhuc
esset dies. aut medius dies. confusa est & erubuit. & residuos eius in gladium
dabo. in conspectu inimicorum eorum ait dns. Sæpe diximus uerbum hebraicum
saba. uel septem uel iuramentum sonare ut plurimos. unde & aquila
pretatio; aquila lxx. & theodotione. septem transformabus. symmacho plus
mos; quæ igitur erat diuersi libri sorbitio facta est. & clara luce disperit
& confusa est in solitudine sui; Reliquum eius ait populum tradam gladio. uitmor
tem & irati nullus effugiet; alii ad synagogam referunt quæ infirmata est
ut ecclesiæ crescente multitudo. iuxta illud qd scriptum est; Steriles peperit
septem siue plurimos. & quæ multos habebat libros infirmata est; Unde & occi
dit ei sol iustitiæ in cuius pennis est sanitas. & idcirco. & terra confusione
cooperta est. pdens populum suum gladio spiritali.

lxxiii. Uæ mihi matri meæ: quare genuisti me uirum rixæ. siue iudicii. uirum discordiæ
siue qui iudicor in omni terra; Potest hoc. cynek doxik we. de hieremia
intelligi. qd non in toto orbe terrarum sed in terra iudææ iudicatus; Uere audi no
compleat sal uatem qui loquitur in euangelio; In iudicium ego in mundum
istum ueni. ut qui non uident uideant. & qui uident cæci fiant? de quo
scriptum est. & ecce positus est hic in ruinam & resurrectionem multorum in israhel & in signum
cui contradicetur; Quis enim philosophorum & quis gentilium & quis hereticorum
non iudicat xpm & ponentem ei legem naturitatis & passionis. & resurrectionis q;

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD

HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen

Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation

Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991

© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0154